seriò Tibi gratulor Problematis in vno plano solutionem. Cum autem non ad quodlibet plana eam extenderis, arbitror Te methodum a meà diuersam sequi; cuius vt periculum faciam, in eodem plano, imo in eadem recta, rogo vt ad calculos reuocare velis sequens eiusdem generis problema.




Datis in eadem recta quotlibet punctis A, B, C, D, E, F, G, H. aliud vt I, reperire, a quo si ad puncta data ducantur rectae AI &c. illarum simul quadrata, ad triangulum factum ab extremis AI, HI, et recta intercepta AH, habeant minimam rationem.



Venio nunc ad ea quae mihi soluenda proposuisti. Ac primum quidem, quod facile etiam esse fateris, nullo negotio construitur: ducta enim DE parallela AB et posita EC aequalj BE, recta CDA abscindet triangulum ABC, omnium quae per D abscindj possunt minimum.

Secundum, vt videtur, ea ratione difficilius esse censuisti, quod per plana solutionem non admittat. Arbitror autem Te ideo mihi propositum voluisse, vt periculum faceres num Problema de duabus medijs alià quam hactenus factum est, effectione construerem. Quod Tibi polliceor audeo, Vir Clarissime, imo non tot a me κατασκευής exiges, quin plures semper praestare possim. Boni consules pro tua humanitate hanc ἀλλοξοσίαν, et methodo imputabis, quam reperisse mihi videor celebrè illud Problema indefinitis modis construendj. Redeo nunc ad tui effectionem. Ex puncto D dato cadant in latera normales DF DE facientes rectangulum DB, cuius centrum G; et per D transeat recta ADC ea conditione vt rectae GA, GC, sint aequales. Aio illam esse omnium quae per idem punctum transeunt ad datas rectas terminantur, minimam. Vides me Heronis κατασκευών secutum, vt huic Problemati aptiorem, in quam recidere Philonis et Apollonij rationes imo etiam Nicomedis non ignoras. Gratissimum mihi accidit quod Maggiotti τῷ μακαρίτη opusculum Tibi placere intelligam, quocum saepe περὶ τῶν ὀρχημένων ex Archimedis et Galliae principijs philosophari Romae mihi contigit. fuerat enim huius vt συμπάτριότης, ita amicus ex intimis. Itaque non potuit non iucundum esse quod scribis, Te in iisdem olim rebus calculos tuos exercuisse. Erasmus autem in eadem tecum sententià Geometriam ad alias scientias referri debere vt iucundior evadat et vtilior. Eius interim fines quantum fieri potest promouendos; cum multa nobis eaque subtilij Geometriae cognitione opus sit, vt illius opera scrutemur, quem ἀεὶ γεωμετρῆν αἰεβαν Plato. Ac cum infinita propemodum Theorematum et Problematum feget sit, in methodos incumbendum esse, quibus plurima generis eiusdem soluntur, sed nae ego ineptus sum qui haec Tibi γεωμετρικατὰ τῷ edixeram. Nihil igitur addam amplius, nisi quod Te vnice



rogatum velim, vt Illustrissimum Dominum Parentem tuum quem saluum ac sospitem ad vos rediisse gaudeo, plurimā a me salute impertias, et amare pergas

Tuum ex affe

RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

Dabam Leodij vlt<sup>o</sup>. Julij 1657.

Nobilissimo Clarissimoque Domino  
Domino CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM.

VI

A la Haye.

N<sup>o</sup> 399.


CHRISTIAAN HUYGENS à R. F. DE SLUSE.

13 août 1657.

*La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.  
La lettre est la réponse au No. 398. R. F. de Sluse y répondit par le No. 401.*


Nobilissimo Domino Domino REN. FR. SLUSIO  
CHRISTIANUS HUGENIUS S. D.

Demiratam te credo, cum tam facilia tibi a me problemata proposita cerneres, quae sane nullo labore confecisti, quando quidem methodum universalem in his exploratam habes. quam an haberes periculum facere volueram. Tu vero contra dubitas et scire cupis an eadem tecum ego utar, quoniam problema de punctis datis tantum in eodem plano resolvitur. Ecce autem ad quodlibet plana idem nunc extendo, punctumque quaesitum dico idem esse quod centrum gravitatis punctorum omnium datorum. Porro in eo quod mihi construendum dedisti, etiam illic centri gravitatis proprietates quaedam occurrunt. Efficitur enim hoc modo, composita ex lineis omnibus




AB, AC, AD, AE &c. dividatur in tot partes quot sunt puncta data A, B, C, &c. Earum partium una fit AK. Et ex K perpendicularis excutitur KI. fit autem punctum K centrum gravitatis punctorum omnium datorum. Similiter quadratorum summa omnium AB, AC, AD, AE &c. in tot partes dividatur quot sunt puncta data A, B, C, &c., earumque partium una aequetur quadrato rectae AI, quae inclinatur ad KI. dico, eam determinare punctum I, à quo ductis rectis IA, IB, &c. harum simul quadrata ad triangulum AIH habeant quam minimam possunt rationem. Duplici via ad hanc constructionem perveni, quarum

ea quam tu sis ingressus, cum plures plerumque eodem tendere solent. Illa vero minime trita, quae sepulcrum Glauci<sup>1)</sup> quodlibet modis *ισαγως διαλαξεν* praeferimus. Et credo tamen fieri posse, sed simplicissimos modos jam esse inventos. Si intersectione Ellipseos et circuli duae mediae inveniri possent vel anguli trisectione, eximia plane eiusmodi constructio mihi videretur, quam memini me frustra aliquandiu quaesivisse.



Caeterum nunc aliud tibi investigandum proponam liceat, non quod difficile existimem, sed eiusmodi tamen ut si recte resolveris, aliquid te amplius vidisse quam Cartesium constet. Quatuor lineae rectae positione datae sunt quarum tres AB, AG,

AH in eodem puncto A sese intersectant; idque ita ut AB bifariam dividat angulum GAH. Quarta vero HE ipsi AB parallela est. Oportet invenire punctum C, à quo si in datas lineas ducantur perpendicularae CK, CL, CB, CD, fiat rectangulum sub CB et CL aequale rectangulo sub CK, CD. Lineas ita dispositas, quo et supputatio brevior et expeditior constructio prodiret, neque enim libenter ea propono quibus fatigatur magis calculus quam exercetur. Quod si tamen longioris operae problema desideras, sequens examines quaeso. Dato speculo sphaerico convexo ADE, et punctis extra ipsum, B, C, quorum hoc visibile representet, illud oculum, invenire punctum reflexionis D. Mihi in roto Alhafensis opere nihil memorabile praeter hoc unum occurrit, semperque miratus sum illum absque Algebrae auxilio id construere potuisse.



Ad quadratoquadraticam aequationem quomodo reducat inveni neque tamen sine longiuscula meditatione.

Ecce tibi epistolam Geometricis tricis refertam qualemque nemo assis faciat nisi qui sacris haece pridem imbutus sit atque unice delectetur. Eum vero Te esse Vir

<sup>1)</sup> Par „sepulcrum Glauci“ l'auteur indique le problème Déliaque de la duplication du cube. Le roi Mimos, ayant fait bâtir pour son fils Glaucus un tombeau en forme de cube de 100 pieds, le trouva trop petit, et ordonna d'en construire un autre, de volume double.

Praestantissimè omnino persuasum habeo summiſſique in hac arte Magiſtris adnumero. Vale. Pater meus plurimam tibi ſalutem reſcribi juſſit.

Tui obſervantiſſimus atque admirator ſummus

CHR. HUGENIUS DE ZULICHEM.

13 Aug. 1657.

Nobiliffimo Domino Domino REN. FR. SLUSIO.

N<sup>o</sup> 400.

CHRISTIAAN HUYGENS à ?<sup>1)</sup>.

Appendice au N<sup>o</sup>. 399.

*La minute se trouve à Leyden, coll. Huygens.*

Ratio quaedam exquisita ac ſimplex, temporum dimetiendorum ratio aſtronomis ab annis plus minus 27 uſurpari coepta eſt, etenim qui pondere ex filo appenſo et vibrationes reciprocas edente aequalia temporis momenta illius itu redituque colligunt. Cujus ſane inventi author Galileus Galilei habendus eſt, cum primus omnium de aequalitate ejuſmodi oſcillationum mentionem feciſſe comperiat. Cum autem ſaepe eo cogitationem inrendiſſem, quo pacto continua fieri poſſet penduli agitatio illa, ſimulque auferri numerandi labor, ut ita quamlibet longo tempore dimetiendo ſufficeret tandem, ineunte hoc anno 1657 utrumque aſſecutus ſum nova horologiſ inventionem reperta, cujus et fabricationem et uſum hic deſcribam.

N<sup>o</sup> 401.

R. F. DE SLUSE à CHRISTIAAN HUYGENS.

14 AOÛT 1657.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.*

*Elle est la réponse au No. 399. Chr. Huygens y répondit par le No. 403. Elle a été publiée par C. Le Paige dans le Bull. di Bibliogr. T. 17.*

Nobiliffime Domine.


Nova ingenij et doctrinae Tuae *τεκμήρια* vna cum litteris tuis nudiuſterius<sup>1)</sup> accepi. Maecte hac animi virtute quâ tam feliciter methodum tuam ad vtriuſque Proble-

<sup>1)</sup> Cette pièce non achevée eſt écrite ſur le revers de la minute de la Lettre précédente.

<sup>2)</sup> De ce renſeignement il réſulte que Huygens dans la lettre N<sup>o</sup>. 399, ou bien de Sluse dans celle-ci, s'eſt trompé de date.


matis a me propoſiti ſolutionem promouijſt: laudes, quibus nimium liberali manu me cumulas, Tibi totae debentur; quas interim quoniam a Te proficiuntur laudato viro et harum artium peritiſſimo, magni facio. Atque vt exploratū habeas, quam prompto animo haec fortaſſe non aequis viribus Tibi fatiffacere cupiam, Problema tuum ſtatim aggreſſus ſum. quo ſucceſſu Tu cenſebis. Sic igitur conſtruo.

Ex puncto A cadat normalis AQ cuius dimidia pars ſit AG quarta AF. Tum erecta normalis FI ſecetur bifariam in R, et vertice R axe RF deſcripta intelligatur parabola ARG, quae per punctum E tranſibit vt demonſtrare non eſt operoſum. Hoc perfecit Cartefius, inquires. Ego vt quod res eſt fateor, licet Cartefij methodum omnibus alijs praeferebam eſſe viri incomparabilis autoritas mihi



perluadeat, tamen illâ non vrer, quoniam cum eius ſcripta ad manus meas peruenerunt, iam alterj mihi peculiarij aſſueueram. Ex meâ autem hoc vterius ſequitur. Diuidatur AE bifariam in O, et ducatur ON parallela HE, et OM parallela AQ, circa quas tanquam aſymptotes deſcribatur per punctum E Hyperbole YES. Dico curſus quodlibet eius punctum fatiffacere propoſito. Atque hoc ipſum eſſe arbitror quod Cartefium non vidiffi ais, et quod mihi inueſtigandum proponere voluiffi. Alhazeni Problema non attigj tum quod veteribus et iam ſolutis minus, vt ſcis, afficiat animus, tum quod calculus fortaſſis operoſior foret et longioris, vt ſcribis, operae: cum tamen datâ ocaſione examinabo. Interim eſt quod mihj gratuler eximiam Tibj viderij Problematuſ delphicij conſtructionem per circulum et Ellipſim; Ego enim non vnâ ſed plurimis ſpecie differentibus hoc olim effecj. Et quoniam Te in omni Geometriae parte maxime verſatum intelligo, extremum hunc, vir magne, mihj concede laborem, hoc tamen pacto ne in tua, vel publica potius, quibus deſidas, commoda, villo modo peccare videar. Figura curvilinea eſt, cuius axis AB omnes in angulo


recto applicatas bifariam diuidit. Eius autem hec eſt proprietatis, quod applicatis quibulſiber CID, EVF, eam habeat rationem CD ad EF, quam ſolidum ex quadrato AI in IB, ad ſolidum ex quadrato AV in VB. Hic tria a Te peto, *τετραγωνισμον*, tangentem, centrum grauitatis. quae, ſcio, pro tuâ humanitate et doctrinâ facile prae-



fortasse utraque diversa est ab stabis. Auide expecto Clarissimi Scotenij librum, et Tua de aleae ludo ratiocinia, in quibus argumenta reperturum me confido doctrinae non vulgaris. Siquid aliud in Geometricis vel philosophicis in Gallia vel alibi prodeat in lucem, id mihi notum facere, quaeso ne graueris, et magnopere obligabis

Virtutum tuarum cultorum summum  
RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

Leodij 14 Augusti 1657.



Nobilissimo et Clarissimo Domino  
Domino CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM.

VI.

A la Haye.

N<sup>o</sup> 402.

R. F. DE SLUSE à [CHRISTIAAN HUYGENS].

24 AOÛT 1657.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.*

*Chr. Huygens y répondit par le No. 406.*

*Elle a été publiée par C. le Paige dans le Bull. de Bibliogr. T. 17.*

Nobilissime Domine

Obseruationem deliquij lunaris vltimij <sup>1)</sup>, Româ heri ad me allatam mitto ecce <sup>2)</sup> ad Te, quam pro eo quo praeclaras hæcè disciplinas prosequeris affectu non inuitus, scio, videbis. Nobis hic nullam τήρησιw facere licuit, ita caelum vnâ perpetuâque nube obductum conatus nostros elusit. Si Vraniam magis fauentem expertus es, obseruationem tuam, quaeso, cum hac vna remitte, vt Clarissimo Gutiscouio, quem hic propediem expectamus, vtramque comunicare valeam. Misit eam ad me Clarissimus Vir Michael Angelus Riccius <sup>3)</sup> cuij parem in Mathematicis Romae non

<sup>1)</sup> Cette éclipse de lune avait eu lieu le 25 juin. Voir la Lettre N<sup>o</sup>. 392, note 2.

<sup>2)</sup> Nous n'avons pas trouvé cet Appendice.

<sup>3)</sup> Michel Angiolo Ricci naquit à Rome le 30 janvier 1619 et y mourut le 12 mai 1692. D'abord mathématicien, il se voua depuis 1666 à la théologie, rassembla une grande bibliothèque et devint en 1681 Cardinal. Il était membre de l'Académie del Cimento.

inuenj; cuiusque mentionem fieri meminij in opusculo Maggiotti<sup>4)</sup>: eo enim conciliante eiusdemque scriptij occasione quo donatum me voluerat, aliquot ab eius editione annis mihi Maggiottus innotuit. Eidem Riccio transmisseram ante annum tuam Lunulae Saturniae τήρησιw, a Clarissimo Gutiscouio acceptam; vt famam tuam vna cum naturae rerum notitiâ, quantum in me esset promouerem: cum ecce monuit me hesternis litteris multas eiusdem lunulae τήρησιeis Romae factas quarum seriem proximâ occasione se missurum pollicetur. Eas cum accepero, statim ad Te abunt <sup>5)</sup>, vir praestantissime, vt hoc qualecunque officio testari valeam, quantus sim hætenus et esse porro velim

Virtutum tuarum Cultor  
RENATUS FRANCISCUS SLUSIUS.

Dabam Leodij XXIIII Augusti  
MDCLVIJ.

N<sup>o</sup> 403.

CHRISTIAAN HUYGENS à R. F. DE SLUSE.

3 SEPTEMBRE 1657.

*La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.*

*La lettre est la réponse au No. 401. R. F. de Sluse y répondit par le No. 404.*

*Sommaire: Ellipsis constructio — libros mitto — quis lineae inventor.*

SLUSIO S. D

3 Sept. 1657.

Nobilissime Domine


Equidem indies magis magisque suspicio eximiam illam ingenij tui aciem, quam tam celeriter atque accuratè reconditissimos quosque mathematicum recessus perlustras ut nihil te effugiat. Erat nempe hoc ipsum quod Cartesium latuerat quod jam animadvertisti. neque ego fortasse unquam reperissem. Sed primus mihi indicavit doctissimus Robervallius, acerrimus Cartesij scriptorum examinatore ut qui non aemulus solum sed et inimicus esset capitalis. Is igitur monuit me semper binos locos integros esse in quos caderet punctum quaesitum in Pappi problemate isto; loci integri appellatione designans, lineam rectam, circulum, vel conic sectionem, inter quas hyperbolae binae oppositae, unum locum efficerent. Eaque ita se habere inveni. Quare et opposita hijperbolae isti quam descripsisti, proposito satisfacit.

De quaesitis circa lineam curvam quam proposuisti priusquam respondeam,


<sup>4)</sup> Sur cet auteur et son ouvrage voyez la Lettre N<sup>o</sup>. 397.

<sup>5)</sup> Lisez: abibunt.

interrogare libet quis primus eam excogitaverit; videtur enim non temere fed insigni artificio inventa, quae et quadrari se patiat, et gravitatis suae centrum determinari.



Vera ejus figura est hic adscripta, quamquam circa eandem diametrum AB, innumerae, ut scis, describi possint. Si sumatur AC aequalis  $\frac{1}{3}$  AB, et ducatur DCE ad angulos rectos, invenio partes AD, AE, extrorsum curvari, DB vero et EB introrsum. Divisa item AB bifariam in F, et ducta normali KFG, si ejus dupla statuatur FH, et jungatur HB, ea continger lineam in B. Ut autem tangens ducatur ad quodlibet datum curvae punctum, ut L, cadat LM perpendicularis in AB: et sumatur dimidia AM aequalis MN. Et ut BN ad NM ita sit BM ad MO, et jungatur OL; ea erit tangens in puncto L quaesita.



Quadraturam spatij linea tua comprehensi, sic expedito.

Ducta KFG quae fecer AB bifariam et ad rectos angulos in F, curvae autem utrinque occurrat in K et G, junguntur AK, KB, AG, GB. Dico spatium curva inclusum esse sesquitercium rhombi AKBG.

Centrum gravitatis denique ut inveniatur, sumatur AQ aequalis

tribus quintis totius AI<sup>1)</sup>. Eritque Q centrum gravitatis plani à curva comprehensi.

Itaque jam praestiti quae tria postulaveras, *τετραγωνισμὸν*, centrum gravitatis et tangentem. quorum priora duo cum satis difficilia sint repertu, ego bonae fortunae acceptum fero, quod tam cito consecutus sim, utrumque enim eodem die quo tuae mihi redditae sunt perpexi. Certa autem methodus ad hujusmodi problemata non videtur mihi ulla esse cum praeter analyticam scientiam, peculiari insuper inventionione aliqua opus sit. Caeterum ad hujus lineae quadraturam quadraturae<sup>2)</sup> parabolae mihi utilis fuit. ad gravitatis vero centrum indagandum, theorema quoddam quod apud Guldinum reperi *ἀναπόδεικτον*, sed tamen verissimum.

Duplicationem cubi per Ellipseos et circuli intersectionem absolvi posse paulo ante quam haec scriberem, deprehendi sed nequaquam compendiosa constructione. Scribe mihi quaeso numquid commoda satis tibi evenerit, et finito me quaerere.

Librum Schotenij<sup>3)</sup>, et Poemata Patris mei<sup>4)</sup>, una cum his accipies. nescio an videris quae de quadratura circuli tradidit J. Wallisus Oxoniensis professor in libro de Arithmetica infinitorum inscripto. Ex Gallia aliquamdiu nihil literarum accepi, in quibus Geometricum quid inesset. quod sane mea culpa accidit. Sum enim indiligens si quisquam alius literarij commercij cultor, nisi ubi cum tui similibus intercesserit. Vale et me ama

Tui studiosissimum atque amantissimum  
CHR. HUGENIUM DE Z.

N<sup>o</sup> 404.

R. F. DE SLUSE à [CHRISTIAAN HUYGENS].

4 SEPTEMBRE 1657.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.*

*Elle est la réponse au No. 403. Chr. Huygens y répondit par le No. 406. Elle a été publiée par C. le Paige dans le Bull. di Bibliogr. T. 17.*

Nobilissime Domine

Poemata Illustrissimi virj Parentis Tuj, vna cum Clarissimi Scotenij Libris vt accepti, statim in ratiocinia tua de aleae ludo inuolauj, docta, acuta, Te digna. Voluj


<sup>1)</sup> Lisez: AB.

<sup>2)</sup> Lisez: quadratura.

<sup>3)</sup> C'est l'ouvrage cité dans la Lettre N<sup>o</sup>. 282, note 1.

<sup>4)</sup> C'est l'ouvrage de la Lettre N<sup>o</sup>. 3<sup>e</sup>, note 1. Voir le supplément du Tome I.

etiam obiter libere Clarissimi Scotenij opuscula, ac sectiones miscellaneas imprimis, quas selectioribus fruētis referas existimabam; sed sermonem integrum, vt vocant, deesse animaduertj. Cum enim vltimum folium operis de descriptione sectionum Conicarum, prenoretur caractere *Zz*, primum eorum quae habeo de sectionibus miscellaneis praefert characterem *Mmm*, ex quo deesse patet 11 vel 12 folia, famulj vt arbitror incuria qui fasciculum compegit, quod an ita se habeat vt me certiore reddere velis etiam atque etiam rogo. Interim gratias Tibi ajo, si non quas debeo, saltem quas possum maximas, idemque Epistolio hic adjuncto<sup>1)</sup> facere conatus sum, quod vt ad Illustrissimi parentis Tuj manus perueniat, pro tua humanitate, curabis. Abunde mihi satisfactum profiteor in eo Problemate quod proposueram. Itaque nil aliud superest quam vt admiret et summopere laudem acutum illud ingenium tuum, Igneus est olli vigor et caelestis origo. Lineam illam, quando id scire desideras, vna cum plurimis alijs iam a multo tempore construxi et contemplatus sum, earumque saepe aream, saepe solidum aliquando vtrumque demonstraui. Non raro etiam (quod Tu in Hyperbolâ circulo et Ellipsi) ex areâ centrum grauitatis vel vice versa reperire docui, sed quoniam haec ἀνεμάλια sunt et veteribus forsasse magis delectaris, contemplare hanc quam ex vltimae antiquitatis tenebris in lucem produco. Esto Hyperbola aequalium laterum *EBD*, cuius applicata *ECD*, vertex *B*, axis *CB*, in quo producto sumatur quodlibet punctum *O*, ductâque *KM* parallela *ED*, perficiatur rectangulum *KD*, Tum ductâ quâlibet *HF*, secante Hyperbolen in *G*, erigantur normales *HI* *HL* aequales, quarum vnaquaeque possit rectangulum *FGH*, et sic semper fiat, donec per puncta *K I I M L L K* describri possit curua vt solet. Hanc multâ varietate iucundam pro diuersâ punctorum *O* & *B* distantia, ac veterum contemplatione olim celebrem, posterorum incuria neglexit. An autem eam alicubi videris, scire cuperem, arbitror enim me primum eam ex antiquitatis situ eruisse.



Contemplatione tuâ dignae sunt etiam Parabolae virtuales Patris Gregorij à St. Vincentio quarum naturam nullo modo vidit autor: quod monuisse sufficiat, nam caetera calculus ostendet. Rem gratam mihi facies, si me certiore reddideris, an aliquid haecenus ediderit Roberuallius, cuius aemulationem laude ἀγαθή δ'εἶπες ἢδε βρῆτοισιν vt ait Heliodus, quâ scientiarum fines promouentur, dum ne tandem in inimicitias erumpat, absit enim vt pro inanij saepe gloriolâ humanitatis

<sup>1)</sup> Nous n'avons pas trouvé cette pièce dans notre collection.

leges vnquam violarij contingat. Διαπλασιασμός κυβη per ellipsum et circulum (quando hoc etiam postulas) fatis commodâ constructione mihi obrigit. Vale interim vir praestantissime et scito me esse, sed peculiarj affectu

Tuj obseruantissimum

Leodij 4 7bris 1657.

RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

N<sup>o</sup> 405.

CHRISTIANNA HUYGENS à Mlle? <sup>1)</sup>

4 SEPTEMBRE 1657.

La minute se trouve à Leyden, coll. Huygens.

4 Sept. 1657.

MADemoisELLE.

Ce ne m'est pas chose indifférente, que d'estre bien ou mal avecq la plus belle et plus aimable personne du monde. Et d'ailleurs je suis homme de parole quoy-que vous vous foyez peutestre desia imaginé le contraire. C'est pourquoy, estant prest a m'en aller a Zullichem avec tous ceux de nostre famille j'ay voulu m'acquiter auparavant d'une vieille dette en vous envoyant ce pourfil de ma foeur<sup>2)</sup>. Quoy qu'il y paroissent a cest heure deux yeux, ne vous imaginez pas pour cela que ce soit quelque autre que ce mesme pourfil que vous vistes icy, et que je vous promis d'envoyer: mais aussi croyez moyj que ce changement luy est arrivé de ce que peu a peu et insensiblement il est venu a se tourner, tellement qu'avecq le temps vous devez attendre qu'il vous regardera tout droit et peut estre commencera a remuer les levres; car vous voyez bien que la couleur luy est déjà devenue beaucoup plus vive qu'elle n'a esté. Et toutefois quand cecy n'arriveroit pas j'espere que vous aurez assez de bonté pour le garder comme il est. Je ne demande pour toute recompense, que seulement que vous revoquiez toutes les injures que vous m'avez dit en mon absence, et que, si peut estre j'ay ce bonheur de vous veoir l'un de ces jours a Bolducq, je ne me verray pas exposé a vos reproches.

<sup>1)</sup> Dans la Lettre N<sup>o</sup>. 314 nous lisons que Susanna Huygens avait beaucoup de jeunes amies à Bois-le-Duc: c'est à l'une d'elles que cette lettre est adressée.

Il n'y a rien au monde que j'apprehende d'avantage, comme il n'y a rien que je cherisse tant que l'honneur de vos bonnes graces et d'être

MADemoisELLE

Vostre tres humble et tresobeissant serviteur

CHR. HUYGENS DE ZULICHEM.

Ma feur vous baise les mains.

<sup>2)</sup> Sur la marge Chr. Huygens avait remanié cette phrase ainsi:  
C'est cettuy la mesme que vous vistés icy et que je vous promis d'envoyer mais estant venu insensiblement à se tourner vous y trouverez ce changement qu'il y paroissent deux yeux au lieu qu'il n'y en avoit auparavant qu'un seul, vous verrez bientôt qu'il vous regardera tout droit et peutestre il commencera à remuer les levres, car desja aussi la couleur &c., du reste j'espère qu'en le recevant vous revoquerez toutes &c.

N<sup>o</sup> 406.

CHRISTIAAN HUYGENS à R. F. DE SLUSE.

7 SEPTEMBRE 1657.

*La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.  
La lettre est la réponse aux Nos. 402, 404. R. F. de Sluse y répondit par les Nos. 407 et 412.*

7 Sept. 1657.

SLUSIO.

Nobilissime Domine.

Quas ad me 24<sup>o</sup> Augusti dedisti quibus Eclipsis Observatio addita erat, Zulichemi accepi, alteras hic Hagae offendi. Illis primum respondebo, quod est maxime cupiebam, mihi deliquium lunare videre non contigit, quod coelum nubibus prorsus tectum esset. Alioqui libentissime collata opera cum Bullialdo observassem. Nihil

aptius in tali negotio horologijs meis. Opticos tubos Eustachij Divini vehementer commendari video à Dominico Plato <sup>1)</sup>, quos utinam liceret cum nostris conferre. Gaudeo tamen eo perductos ut Saturni lunula Romae quoque jam conspiciatur, et Typhoeae quas inde promittis cupidè expecto. Illam vero et Hevelius se jam animadvertisse scribit, cum prius ob tuborum inopiam nequivisset.

Venio nunc ad posteriores literas tuas, in quibus illud gratissimum mihi, quod probas ea quae de alea edidimus, quanquam fateor non uno nomine displicere potuisset. Patri meo quas ad ipsum dederas tradidi, in quibus elegantissimos utraque lingua versus tuos reperimus, quos evolvimus non simpliciter vice. O te felicem ingenio isto ad seria juxta arque ameniora studia accommodato habili promptoque. At ego nequicquam divas Helicones colentes semper invocavi licet carmine mirificè delector.

Schotenij opus mutilum te accepisse mea quam deprecor culpa et praecipiti festinatione accidit, cum eo ipso quo ad te scribebam die Haga discedendum <sup>2)</sup> esset. Folia autem quae deerant eadem via qua caetera ad te perferri curabo.

In contemplatione lineae curvae quam antiquis notam fuisse asseris frustra aliquantum temporis insumpsi, neque adhuc ullam insignem ejus proprietatem deprehendere potui, nisi quod uno casu in circulum perfectum evadit. itaque summopere ex te intelligere cupio, quo suo merito à veteribus olim et rursus a te nunc celebratur. Equidem nusquam ullam hujus lineae mentionem factam inveni, sed multa intercidisse scio veterum scripta multaque in Bibliothecis etiamnum latere, unde fortassis illam produxeris. Gregorij à Sto Vincentio liber nunc ad manum non est quem amico utendum concessi; quatenam vero sint ipsius Parabolae quas dicis Virtuales, non satis recordor, sed primo quoque tempore perquiram. Quod quaeris de Robervallo num quid haecenus ediderit, non aliud puto edidisse, quam, sub Aristarchi Samij nomine, librum de Mundi Systemate <sup>3)</sup>. Ipse enim non solum annotationum quas suas proficitur sed totius libri autor est. Puto autem non pauca editione digna ipsum asservere in quibus est et de Refractionibus tractatus. E quo problema quoddam mihi offendit, quod ego me solum invenisse existimabam. Quomodo nimirum radij ad punctum certum tendentes, in alio puncto dato congregari possint accuratè, ope lentis quae non nisi sphaericas superficies habeat. Experire quae an invenire ejusmodi lentem possis posito eo quod Cartesio debemus refractionum principio, ne nihil tibi investigandum in-

<sup>1)</sup> Dominicus Platt était médecin et homme de lettres à Rome. Il a laissé beaucoup d'ouvrages.

<sup>2)</sup> Le 4 septembre Chr. Huygens était parti pour Zuylichem; voir la Lettre N<sup>o</sup> 405.

<sup>3)</sup> Aristarchi Samij de Mvndi Systemate, partibus & motibus ejusdem, Liber Singvlaris. Adiectae sunt A. P. de Roberval Mathem. Scient. in Collegio Regio Franciae Professoris, Notae in eundem libellum.

La première édition est de Paris, 1644, in 12<sup>o</sup>; dans ses „Novarum Observationvm Physico-Mathematicarvm Tomvs III, à Paris en 1647, in-4<sup>o</sup>,” Mersenne en donna une „Editio Secvnda correctior.”

vicem proponam, pro tot Archimedis Tuis problematibus quibus me continue exerces. Caeterum Vale, Vir summe et me ama

Tui observantissimum  
CHRISTIANUM HUGENIUM.

N<sup>o</sup> 407.

R. F. DE SLUSE à CHRISTIAAN HUYGENS.

27 SEPTEMBRE 1657.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.*

*Elle est la réponse au No. 406.*

*Elle a été publiée par C. le Paige dans le Bull. de Bibliogr. T. 17.*

Nobilissime Domine

Accepi litteras tuas datas 6<sup>ta</sup> 1) 7bris, et paucis post diebus residua operum Clarissimi Scotenij folia, pro quibus rursus gratias ago, quas possum, gratissimas. Clarissimus Gutiscouius varijs, vt scribit, negotijs implicitus, aduentum suum in mensem proximum reiecit: Itaque non est quod moram excuses quam apud Te fecit Romana deliquij Lunarum Observatio. Vtinam et tuam habere licuisset ad accurata illa Horologia exactam, vt vtrâque collatâ, recte de totâ re censere possemus. Quod versiculos meos laudas, benigne facis; facis interim bene cum illis agitur s; in reprehensionem non incurrunt. Sed nae Tu suavis es, qui Te frustra inuocare Diuas Helicon colentes versu me admoneas, et verbis adstruas, quod factis inficiaris. Itaque quod ais, ita mihi interpretandum esse persuasi. Te studijs altioribus immersum, has ingeniorum amoenitates infra Te ducere. Aristarchum Samium *ἰσοβολιμικιον* ab aliquot annis, edente, ni fallor, Merfennio, vidj, eiusque autorem Roberuallium iam tum agnouj. Theorema ipsius 2) de triangulorum sphaericorum superficie idem esse arbitror cum eo quod a pluribus annis publicj iuris fecit celeberrimus Caualerius, in libro quem inscripsit Directorium generale Vranometricum 3), Estque huiusmodj. Superficies sphaerae ad superficiem cuiuscumque triangulj sphaericj in eadem descriptj eandem habet rationem quam quatuor rectj ad dimidium excessus summae angulorum eiusdem triangulj supra duos rectos. Aliud autem *Συμμετρικόν* de lente sphaerica quae radios ad certum punctum tendentes in alio accurate colligat nullibi me vidisse fateor, Imo nec vnquam a me quaesitum quippe qui Cartesij autoritate persuasus, eum hanc omnem materiam exhaustisse crederem. Sed a Te admonitus quaerere incipiam, et Mathematico indignum arbitrabor in his rebus posthac cui-

1) Lisez: 7<sup>ta</sup>. Voir la Lettre N<sup>o</sup> 406.

2) Voir la pièce N<sup>o</sup> 355.

3) Voir la Lettre N<sup>o</sup> 354, note 3.

quam sine *ἀποδείξει* fidem habere. Vidi enim cum aduersaria mea cum Cartesianis inuentis, occasione alterius Problematis localis conferrem, esse et alia quae virum aliqui oculatissimum latuerunt. Quaeram igitur vt dixj, atque vtinam ea mihi mens ante duos menses, cum omnino vacaret: Nunc inter varias et ingratas vt plurimum curas dies exigendj sunt, quorum postremos bene multos contriuij audientis publicis, et privatis etiam Collegij nostrj rationibus, non sine aliquo Matheos subsidio quae pro subtiliore illa analysi vulgarem Arithmeticam mihi suppeditauit. Nocturnis interim horis pleraque notauj mihi non ante animaduersa, et si non rem ipsam, plurima saltem hac occasione, non contemnenda reperturum me confido. Lineam meam non ex Bibliothecis, vt existimas, in quibus multa Veterum sed Arabum praesertim Mathematicorum monumenta delitefunt, sed ex impressis Graecis & latinis, quorum non multos habemus, libris accepj. Habet autem geminas sorores quas s; vacaret peritius exponerem, sed nec liber est ad manum vnde eas desumpj, et haec arbitror subtilissimo ingenio tuo sufficere. Româ necdum quidquam accepj. Sed audis expecto quid cenfas de Virtualibus Patris Gregorij a St. Vincentio parabolis quas ex male cohaerentibus diuersarum curuarum partibus compactas deprehendj. Vale interim Vir Praestantissime, et quo soles affectu prosequi perge

Tuj obseruantissimum

RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

Dabam Leodij 27<sup>a</sup> 7bris 1657.

Nobilissimo et Clarissimo Viro

DOMINO CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM.

VI

A la Haye.

N<sup>o</sup> 408.

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN.

28 SEPTEMBRE 1657.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.*

*Fr. van Schooten y répondit par le No. 411.*

Clarissimo Viro FRANCISCO SCHOTENIO  
CHR. HUGENIUS S.

Petijt à me tuo nomine Duquius, ut primo quoque tempore literas istas 1) in vernaculam linguam conuerfas 2) mitterem tibi. Itaque id amplius differre nolui, et

1) Voir l'Appendice N<sup>o</sup> 409.

2) Voir l'Appendice N<sup>o</sup> 410.